UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

CXCIII. Bischof Nicolaus von Camin bestätigt eine von Conrad Schildberg zu Königsberg vorgenommene Altarstiftung, am 12. März 1408.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

Commentur to Wildenbruke, vmme meringe godesdenſtes In vnſer parkerken to koningeſberge, de neynerleye wis ſchen kunde ſunder deſſer naſcreuen, vnſer gunſt vnde gnade hebben gunt vnde gunnen in deſſem breue den Innygen luden den ghildemeiſtern vnde ghildebrudern der knokenhower ghilde to Koningeſberge to ſtichtende eynen vicarien in deſſer vorſcreuen vnſer parkerken to koningeſberge Vnde en ſunderge gnade an deſſer vicarien to donde vmme meringe willen der almytzen, de ere Innygen herten dar to ghelecht hebben vnde noch leggen mogen. Haben wi den ſuluen ghildemeiſtern, wi de ſyn to der tid, der vorſcreuen knokenhower ghilde gegunt vnde gunnen en in deſſem breue de lenware derſuluen vicarien, de ſe aldus ſtichten vnde buwen willen in deſſer vorſcreuen vnſer parkerke to koningeſberch, de ſe hebben vnde ſik bruken ſchollen to ewighen tiden, Vnde de preſter edder vicarius, weme ſe de lyen, de ſchal vnſer perner in allen mogeliken ſtukken horſam weſen, lik den andern vicarien in der ſuluen kerken, vnde ſik gotligen vnde erliken dar ane regern, alſe em van rechte vnde guder wonheit behoret, na willen deſſes ſuluen vnſes perners. Deſſe lenware ſchollen ſik deſſe vakebenanten ghildemeiſtern ghebruken to ewigen tiden, ſunder alle hynder vnſes vnde vnſer nakomelinge. To tuge hebbe wi vnſer Ingeſigel mit hern michael Ingeſigel vorbenant hengen heiten an deſſen breff mit vulbort vnde wiſſchap, Screuen am Jare godis vyrteynhundert am ſouenden Jar, am andern dage na der hilgen apoſtelen dage Symonis et Jude.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 154.

CXCIII. Biſchof Nicolaus von Camin beſtätigt eine von Conrad Schildberg zu Königsberg vorgenommene Altarſtiftung, am 12. März 1408.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis amen. Nicolaus, dei gratia Epiſcopus eccleſie Caminenſis — Sane vidimus et audiuimus patentes litteras ſuper fundatione et inſtauracione quorundam redditum elemoſinarum Triginta duarum marcarum pro Quadringentis marcis Stetinenſis monete comparatorum ad quoddam altare in eccleſia parrochiali Opidi Konigheſbergh ad honorem dei omnipotentis ſueque glorioſe matris et virginis Marie erigendum deputatorum et aſſignatorum, non viciatas, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus ſuſpicione carentes Sigilloque providi et honeſti viri Conradi Schiltbergh, Conſulis dicti Opidi konigheſbergh, ſigillatas in hec verba: Venerabiliſſimo in criſto patri et domino, domino Nicolao, dei et apoſtolice ſedis gratia Epiſcopo eccleſie Caminenſis, Conradus Schiltbergh, Conſul Ciuitatis konigheſbergh dioceſis antedicte, plenam ſeruitutem, voluntatem humili cum capitis inclinatione deuotiſſime prelibata. Ad veſtram, venerabiliſſime pater et domine, ceterorumque Criſtifidelium cupiens deuenire notitiam, quod ego dictus Conradus vna cum larga manus adiutrice piarum elemoſinarum honeſti viri domini Mathei wardenbergh, in ſalutem et remedium animarum meorum progenitorum ſimul et omnium Criſtifidelium defunctorum, cultum diuinum augmentari cupiens affectiuo deſiderio, ad quaſdam perpetuas elemoſinas dedi, deputavi et aſſignaui preſentibusque do, deputo et aſſigno Triginta duarum marcarum redditus pronunc Stetinenſium de-

nariorum Annuales perpetuis temporibus duraturos pro Quadringentis marcis comparatos et comparandos, ſubleuandos et percipiendos, vnde et a quibus dicti redditus iuſto titulo emptionis in confinio manſorum ſepedicte Ciuitatis konigheſbergh comparati ſunt et comparandi, Ita videlicet, quod dictarum piarum elemoſinarum auctoritas et facultas michi meisque heredibus utriusque ſexus conferendi pure propter deum et preſentandi pſena maneat et illeſa. Me meisque heredibus defunctis ad Conſulatum memorate Ciuitatis konigheſbergh debeat iugiter pertinere. Quos quidem redditus piarum elemoſinarum michi meiſque heredibus uel Conſulibus dicte Ciuitatis konigheſbergh videbitur expedire, ad quoddam altare conſtruendum, dotandum in parrochiali eccleſia Ciuitatis konigheſbergh ad laudem, gloriam et honorem omnipotentis dei ſueque matris Marie virginis intacte ac beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum glorioſorum, nec non ſancte katherine et Ghertrudis virginum et Eraſmi ſancti martiris almi pontificis debent et poſſunt deputari. Extunc ipſius altaris Altariſta, qui pro tempore fuerit, propria in perſona konigheſbergh debeat reſidere ac plebano pro tempore exiſtenti in omnibus licitis et honeſtis parere et obedire. Si vero Altariſtam abſque voluntate et conſenſu meo meorumque heredum ac Conſulum predictorum alibi contingeret reſidere, extunc nemo, niſi qui de conſilio et voluntate mea meorumque heredum ac Conſulum predictorum ad id electus fuerit, ipſum altare debeat officiare, Cui eciam officianti, qui pro tempore fuerit, integri redditus totaliter diſtribuantur et dari debeant effectiue abſque ipſius vicarii contradictione. Ceterumque ſi dicti altaris Altariſta ipſum contingeret permutare, tunc neminem, niſi virum idoneum, michi meiſque heredibus ac conſulibus complacentem et nullum alium loco ſui collocabit. Vt ergo ſupradictam piarum elemoſinarum donationem ac dicti altaris dotationem vnacum omnibus ſuis clauſulis auctoritate veſtra ordinaria approbare, ratificare et confirmare dignemini, generoſe veſtram benevolentem paternitatem precibus deprecans ſtudioſeque, Petens quoque humiliter et deuote, quatenus ad dictos redditus ipſarum piarum elemoſinarum inſtituere et inueſtire dignemini diſcretum virum Albertum Reycz, rectorem ſcolarum in konigheſbergh, clericum, pure propter deum, Quem veſtre paternitati preſentibus duxi preſentandum humilium precatuum meorum ob reſpectum. In quorum omnium et ſingulorum euidens teſtimonium meum ſecretum preſentibus eſt appenſum, Sub Anno domini Milleſimo quadringenteſimo octauo, dominica Inuocauit. Nos vero dicti Conradi Schiltbergh nobis humiliter ſupplicantis, ut dictorum reddituum et Summe principalis Inſtauracionem et fundationem confirmare dignaremur precibus deuotis inclinati, Eorundem reddituum et Summe principalis dotationem, Inſtaurationem et fundationem, Jurispatronatus ordinacionem et reſeruationem ac omnia alia et ſingula in premiſſis litteris contenta, prout rite concepta ſunt, cum omnibus ſuis clauſulis et articulis ratificamus, approbamus et in dei nomine auctoritate noſtra ordinaria confirmamus per preſentes, Inhibentes et ſub Anathematis et excommunicationis penis, Ne quiſquam, cuiuſcunque preeminencie, dignitatis, gradus, ordinis, condicionis aut ſexus exiſtat, premiſſa infringere ſeu eis auſu temerario contraire ſiue impedimentum inferre aut ea alienare, diſtrahere, diſſipare ſeu ad vſus prophanos reuocare audeat uel preſumat quocunque queſito colore uel occaſione quacunque, Sicuti preter has penas indignationem dei omnipotentis et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius et ultionem canonicam voluerit euitare. Et vobis Alberto Reycz, clerico predicto, Acceſſum predictorum reddituum cum ſuis Juribus et pertinentiis vniuerſis conferimus et committimus, In animam veſtram ſalubriter gubernandum, Mandamus vobis dominis preſbiteris in dioceſi noſtra predicta preſentibus requiſitis, Quatenus eundem Albertum in poſſeſſionem reddituum predictorum ac omnium fructuum, prouentuum et pertinentium eorum,

vice et auctoritate noſtra predicta ducatis corporalem. Datum in Caſtro noſtro Corlin, Anno domini Milleſimo CCCCVIII°, die XII menſis Martii, noſtro ſub Sigillo.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 155.

CXCIV. Die Fleiſchergilde zu Königsberg bittet den Biſchof von Camin um Beſtätigung einer von ihr in der Pfarrkirche geſtifteten Vicarei, am 1. April 1408.

Venerabiliſſimo in criſto patri ac domino domino Nicolao, dei et apoſtolice ſedis gratia Epiſcopo eccleſie Camynenſis, Otto ruſche, Claws van den berge, magiſtri, hennig rode et hans velow, ſeniores vnionis et gulde carnificii Ciuitatis koningeſberg dyoceſis antedicte, plenam ſeruitutem humili cum capitum inclinatione deuotiſſime prelibatam. Ad veſtram, venerabiliſſime pater et domine, recordacionemque criſtifidelium cupimus deuenire noticiam, quod nos cum omnibus fratribus unionis noſtre et gulde vna cum larga manus adiutrice piarum elemoſinarum honorabilis viri domini heningi biſmerowe, ad laudem, gloriam et honorem omnipotentis dei ſueque matris Marie virginis intacte ac beatorum decem milium militum, necnon Ghertrudis virginis et Eraſmi ſancti martiris, almi pontificis, in ſalutem et remedium animarum noſtrorum progenitorum ſimul et noſtrarum, cultum diuinum augmentare cupientes, Ad quoddam Altare fundandum, erigendum, conſtruendum et dotandum de expreſſo honorabilis et Religioſi viri domini Reymari de gunterſberg, magiſtri fratrum ordinis ſancti Johannis ſacre domus Jherofolimitane per ſaxoniam, Slauiam, marchiam et pomeraniam preceptoris generalis, ſuorumque commendatorum et plebanorum pleno aſſenſu et voluntate, ſicuti alias in literis eorum deſuper confectis apparet lucide et manifeſte, in parrochiali eccleſia ciuitatis koningeſberg memorate dedimus — preſentibus — triginta duarum marcarum redditus pronunc Stetynenſium denariorum annuales perpetuis temporibus duraturos pro quadringentis marcis comparatos et comparandos, ſublevandos et percipiendos — in confinio manſorum ſepedicte Ciuitatis koningeſberg —, Ita videlicet, quod dicti Altaris Juſpatronatus ſiue iuſpreſentandi ad diſcretos viros Conſules antedicte Ciuitatis koningeſberg perpetuis temporibus de gracia et licentia antedictorum dominorum preceptoris, commendatorum et plebanorum debeat pertinere. Qui ſiquidem Conſules memoratum altare, cum ipſum vacare contingerit, nemini, niſi pro quo magiſtri, ſeniores ac fratres vniuerſi vnionis et gulde carnificum concordanter ſupplicauerunt, conferre debeant pure propter deum et eundem duntaxat dyoceſano ſeu ipſius vicario preſentare. Eiusdemque memorati Altaris altariſta, qui pro tempore fuerit, propria in perſona konigeſberg debeat reſidere ac plebano pro tempore exiſtenti in omnibus licitis et honeſtis parere et obedire. Verum etiam ipſius altaris altariſta — perpetuis temporibus infuturum, nulla occaſione certa ſiue cauſa legitima prepeditus, in dicta eccleſia parrochiali, cum ad id dei gratia ſuffragante ſe parare poterit, primam miſſam debeat legendo celebrare uel ſaltem ſuam ſeptimanam ipſam primam miſſam ordinarie tenebit celebrando. Si vero Altariſtam abſque voluntate et aſſenſu ſepedictorum magiſtrorum, ſeniorum et fratrum alibi contingeret reſidere, extunc nemo, niſi qui conſilio et voluntate conſulum predictorum per fratres antedicte vnionis et gulde ad id electus fuerit,